BARTHOLOMAEUS DE MONTAGNANA
Salzburg, 1471 Seite 266r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



kirat, et omnis kyrath est
pondus iiij^or granorum ordei
per hec volo satisfactum esse
ad intentionem nonam de me-
dicinis ab occulta qualitate
valentibus ad curam lepre.

Decimum et vltimum elefantice
timum capitulum de memoria
quorundam accidentium que
lepram concomitari solent.

Quorum gratia etiam tangam modum
subueniendi quibusdam accide-
tibus complicatis cum hac vere-
da egritudine que tamen non
sunt concomitancia ipsam essen-
cialiter. ¶ Plurima enim sunt
accidencia. Quorum primum est de-
pilacio pilorum barbe et super-
ciliorum. Secundum est multitudo pus-
tularum in facie in naso intus et
extra in superciliis auribus et
in labiis. Tercium accidens est
vocis asperitas et raucedo.
Quartum est difficultas anhelitus
Quintum est valida et continua sitis.
Sextum est splenis tensio. Sep-
timum est epatis et renum immo-
derata caliditas. Octauum est
multitudo ventositatum in intes-
tinis omnibus. Nonum est ven-
tris stipticitas. Decimum est
multitudo pustularum in omni
pede magno. Vndecimum est
vlceracio digitorum pedum. Duo-
decimum est stupor in pedibus
fere omnibus et in tibiis. Tre-
decimum est euersio et corrup-
cio naturalis caloris ad preternaturale.
Quartodecimum et vltimum acci-
dens est pustularum multitudo
in colatorio et toto palato cum
excoriacione partium illarum.
Duo autem alia accidencia in
hoc viro complicata reperiuntur.
Quorum primum est tenebrositas
visus amborum oculorum et proprie
dextri. Secundum est dolor in reni-
bus ab arenis et lapillis
in eo sepe presentatus. ¶

Capitulum primum primi acci-
dentis est mirandum primo
quod madefactio depilatarum
partium cum decoccione aque
serpentis et inunctione ipsarum
cum oleo ipsius remedia sunt
appropriata ad faciendum renasci
capillos et pilos vbicumque lo-
corum, tamen quia remedia ta-
lia non euacuant a suspicione
et timore idcirco dimittantur.
¶ Alia quatuor ponam reme-
dia huic accidenti conferencia
premittendum primo quod talia in-
strumenta oportet esse haben-
cia has qualitates, primo quod
sint calida leuis caliditatis
attrahencia vaporem adustum
qui vapor est materia pilorum ad
poros. Secundo autem ut sint
aperitiua vt reseruentur pori
aperti et receptiui vaporis.
iam dicti. Tercio quod non sint
stiptica, quia clauderent po-
ros. Quarto quod non sint ve-
hementer inuiscatiua propter
illud primum compositum. Recipe ydro-
mellis ℥ iiij. yreos ℥ j. gra-
norum feniculi et anisi ana ℥
j. ß. farine siliginis quantum
sufficit ad inspissandum fiat
linimentum in mortario eneo
cum suo pistello. Et modus ap-
plicationis eius est. vt habe-
atur decoccio feniculi ex qua
tepida fomententur et balne-
entur partes, deinde exiccentur
et tunc liniantur partes omnes
ex predicto linimento ter in die
naturali renouato. Secundum compositum
et efficacius illo est hoc. Recipe
olei yrini ℥ j. ß. olei de pipe-
ribus et de croco ana ℥ j. spi-
ce nardi ℥ ß. farine orobi quantum
sufficit ad inspissandum, fiat li-
nimentum in mortario vtrum et appli-

primum accidens
2m
3m
4m
4tum
6m
7m
8m
9m
10m
11m
12m
13m
14m
Alia duo accidencia
1m
2m

primum compositum
Secundum compositum

266
242